

www.e-rara.ch

**Guilielmi Perkinsii S. theol. licentiati Aureae casuum conscientiae
decisiones tribus libris comprehensae**

Perkins, William

Basileae, 1609

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FO V2 7:1

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-61335>

Caput IV.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CAPVT IV.

De distinctione Casuum.

Hactenus Prolegomena, seu Fundamenta doctrinae hujus explicavimus: Proximum est, ut ad ipsas Conscientiae Quaestiones accedamus.

HÆ secundum Materiam, sive subiectum earum, Hominem scilicet, commodissimè distingui possunt; Quemadmodum enim homo diversimodè consideratur, nimirum vel *separatim* in seipso, vel *Relatione* ad alium, & quatenus membrum est alicujus societatis; Ita Quaestiones Conscientiae distingui possunt; Quaedam attingunt hominem *simpliciter* & *in seipso* consideratum; Quaedam autem *habito respectu ad alium*.

Casus Conscientiae secundum triplicem hominis considerationem.

Habet autem homo *Respectum* vel ad Deum, vel ad *alium quemvis hominem*; Quà respectum habet ad Deum, nomen Christiani sortitur, id est, membri Christi, aut Filii Dei. Cujus officium est Deum cognoscere & colere, juxta Voluntatem suam, in verbo scripto revelatam. Quà respectum habet ad alium quem-

vis Hominē, pars est corporis, & membrum societatis alicujus.

Quæstiones verò, quæ Hominem spectāt, in quantum membrum est societatis alicujus, trium sunt Generum, secundum tres distinctas societatis species; Unusquisque enim Hominum membrum est, vel *Familia*, vel *Ecclesia*, vel *Reipublica*: Pari etiam ratione, Quæstiones aliquæ Hominem concernunt, quæ membrum est alicujus *Familia*; Nonnullæ, quæ membrum est *Ecclesia*; Quædam etiam, quæ membrum est *Reipublicæ*.

ad tres Clas-
ses reducun-
tur.

Compendiò igitur dicam, Omnes Quæstiones, seu Casus Hominem concernentes, ad tres Generales Classes reduci possunt. In quarum *prima* Homo simpliciter consideratur; quatenus Homo: In *Secunda*, quatenus habet respectum ad Deum; In *Tertia*, quatenus membrum est alicujus è tribus societatibus, hoc est, vel *Familia*, vel *Ecclesia*, vel *Reipublicæ*.

Prima clas-
sis tres quæ-
stiones prin-
cipales conti-
net.

Quæstiones *prima Classis*, in qua Homo simpliciter consideratur in seipso, quatenus Homo, potissimum tres sunt:

I. *Prima*; Quid Homini agendum, quo in favorem & gratiam Dei recipi, servariq; possit?

II. *Secunda*; Quâ ratione in sua conscientia, salutis sue certus esse queat?

III. *Tertia*; Quomodo seipsum recolligere debeât, quando defesso, & turbato est animo?

De his Ordine.

CA.